

Zeitschrift: Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum
Herausgeber: Litteris Conradi Orellii et Soc.
Band: - (1751)
Heft: 23

Buchbesprechung: Nova litteraria

Autor: [s.n.]

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 16.05.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

NOVA LITTERARIA.

TURICUM. Hic sequentes Disertationes publice propositæ sunt;

1. Disertatio Metaphysica, qua realis Spirituum finitorum existentia contra Materialistas defenditur: quam sub præsidio V. Cl. DAVID LAVATERI, *Philos. Prof. Ord.* pro consequendo Examine philos. defendebant *Αωδυνας* Candidatorum. Tiguri. 1751. 4. Post brevem Materialismi Historiam Celeberr. Auctor ita funestum hunc errorem impugnat, ut præmissa Spiritus Definitione 1. illorum existentiae Possibilitatem, 2. Probabilitatem, 3. Certitudinem evincat. Docet præterea §. X. Dari Spiritus alios nostro similes extra nos: immo admodum probabile esse, dari quoque extra nostrum genus alios Spirituum finitorum ordines. Contra vero §. XII. Animas Brutorum in Spirituum classem perperam a nonnullis referri arguitur. Denique §. XIV. adstruitur admodum probabile esse, nec ipsos Planetas Spiritibus carere.

2. Disertationis Theologicæ de Christo Jesu ΙΑΑΣΤΗΡΙΩ, Propitiatorio, in Epist. S. Pauli ad Rom. III: 25. Pars secunda: quam sub præsidio V. Cl. J. JAC. LAVATERI, *S. Theol. Prof.* pro consequendo Examine theol. defendebant iidem X. Candidati. Tiguri. 1751. 4. In hac Disertatione Celeberr. Auctor ita tractationis ordinem instituit, ut 1. disquirat, quid significet verbum *πρὸς-θεο*. 2. quo modo Jesus a Deo Propitiatorium factus propositusque sit: 3. Quis sit finis, cur Christum Jesum Deus Propitiatorium proposuerit.

fuerit. Thesium vero argumenta hæc sunt: §. III. Christus Jesus propositus in Propitiatorium in æterno Dei Decreto, §. IV. Idem sub V. T. prænunciatus & præfiguratus, §. VI. maxime vero in Ejus manifestatione sub N. T. per illius Resuscitationem ex mortuis & Exaltationem in cœlum, §. VII. tum per publicum Evangelii de illo præconium. §. VIII. Modus, quo Christus Jesus Propitiatorium a Deo propositus est, nim. in sanguine & per Fidem §§. X. - XV. declaratur: Denique Finis ad quem Deus Christum proposuit Propitiatorium exponitur §. XVI. Mox præmissa Quæstione: An Fides sit Conditio proprie dictæ Fœderis Gratiae? Finis propositi illius Propitiatorii, & quomodo per illud facta sit demonstratio Justitiæ divinæ accuratius expenditur, qua occasione de Justitia Dei in genere, de vindicativa ejus Justitia, de Justitia Dei accepta pro illius tum benignitate, tum veracitate & fide, item de Justitia Dei, quatenus in Epistola ad Rom. sæpe non Dei attributum, sed modum Justificationis hominis per Fidem designat, pluribus agitur, & quam luculenter hæc omnia fuerint demonstrata in Christo Jesu *ἰλαστικῶν* edisferitur.

3. Meditationis de pia & circumspecta in tradendis sanctioribus Disciplinis sectanda Simplicitate. Pars V. quam V. Cl. J. JAC. ZIMMERMANNUS, S. Theol. Prof. Reg. Boruss. Soc. Scient. Sodalis, Respondente Sol. Pfenningero, V. D. M. & Assumente Cass. Mejero, S. M. C. ad Synodum autumnalem proposuit. Tiguri. 1751. 4. Agit Celeberr. Auctor in hac Disertatione de Simplicitate, quæ in Interpretatione S. Litterarum tenenda

nenda est: atque ita tractationem instituit, ut §. II. aperiat præcipuas causas diversitatis interpretationum S. Scr. & §. III. & IV. quo modo huic malo aliqua ex parte occurri possit: Tradit Regulas, quæ ad Simplicitem hermeneuticam inveniendam requiruntur §. VI. VII. Deinde agit de Simplicitate in Prophetiis explicandis §. VIII. Præterea §. IX. X. expenditur quid Simplicitas theologica requirat in explicandis Typis. Denique §. XI. disquiritur de methodo Scripturam interpretandi uti appellatur Analytica.

II. Litteris *Gesnerianis* in lucem publicam exscripta prodierunt: J. JACOBI ZIMMERMANNI, S. Theol. in Gymn. Tigur. Professoris, Reg. Boruss. Soc. Scient. Sod. OPUSCULA theologici, historici & philosophici argumenti. Tom. I. Tiguri. 1751. 4. plag. 140. Comprehenduntur autem desideratissima hac Disertationum Sylloge hæc opuscula. 1.) Meditationes de causis magis magisque invalescentis Incredulitatis & Medela huic malo adhibenda XII. 2.) Meditatio de Præstantia Religionis Christianæ collata cum Philosophia Socratis. 3.) Dialogus de Natura Idearum, in quo Auctor probare vult, nos nescire quid sint Ideæ. 4.) Disertatio de pretio Artis Rhetoricæ. 5.) Disquisitiones historicæ & theologicæ de Visionibus, quæ IV. primis post excessum Christi & Apostolorum Seculis Christianis quibusdam contigisse dicuntur II. 6.) Exercitatio de Atheismo PLATONI impecto. 7.) Vindicia Disertationis de Atheismo PLATONIS contra ea, quæ *Gundlingianorum* Part. XLIII. & XLIV. petacerbe monuit D. Nic. Hier. GUNDLINGIUS. 8.) Meditatio.

tationes Sacrae complectentes salutaria quaedam Monita ad verum & legitimum S. Coenae usum pertinentia II. 9.) Oratio de Præcellentia Eruditionis theologicæ, qua instructæ erant Mentēs cœlo receptæ; collatæ cum imperfecta & umbratili, quæ in terris locum habet, rerum divinarum cognitione. 10.) Oratio de Disciplina Arca-
ni veteris Ecclesiæ nostra ætate non usurpanda. Subjicitur Index.

III. Ejusdem Gessneri typis exscriptus est libellus sub hac epigraphe: D. **JOHANNES WATTS** Abhandlung von der Catechetischen Lehr-Art, und wie ein Catechismus am besten einzurichten sey. Zürich. 1751. 8. pl. 6. Quum multa habeat simplex & perspicua translatio Institutionis Catecheticae Wattianæ, quam Gessnerus nuperrime procuravit, quibus præ altera illa, quam Germania nobis dedit, maxime commendabilis sit: ne quid circa rerum copiam desiderari possit, hujus Libelli editione cavere voluit Typographus.

IV. Amplissimus Quæstor & Senator J. **JACOB LEU**, Lexici universalis Helvetici Partem V. quæ complectitur Litteram C. D. J. *Huldrici Dänzleri* impensis, nuper publico dedit, & incredibilem inter tot publicas curas, in hoc rerum genere φιλοπονίαν studiumque indefessum probavit.

V. Officina Heideggeriana nobis dedit: **ANNDREAS MYSEKUS**, Glied der Reform. Gemeinde zu Mittelburg, Anmerkungen eines Christen auf dem Simmels Wege
samt

samt beigefügten Nutzenwendungen auf allerlei Zufälle, zur Ueberzeugung der Unbekehrten, vornehmlich aber zur Auferbauung, Trost, Unterricht und Erquickung wahrer frommer Kinder Gottes: Aus der vierten Holländischen Ausgabe in das Hochdeutsche übersetzt, und mit einer Vorrede begleitet von DAVID JELIS / Kirchen- und Schul-Diener in St. Gallen. 1751. 8. pl. 18.

VI. Apud eosdem prostat: JOH. SKYED. STUPPERS / Predigers des göttl. Worts, Grundlegung zur wahren Religion. X. Theil. Zürich. 1751. 8. pl. 50. Exponuntur hoc Tomo Capita Religionis XXV. de Glorificatione: XXVI. de Ecclesia seu Civitate Dei: & XXVII. de Cultu Religionis publico.

VII. Chalcographus Herrlibergerus dedit continuationem Pinacothecæ Helveticæ sub titulo: Schweizerischer Ehren-Tempel x. 4. quæ exhibet sequentes Clariss. Virorum Imagunculas brevi commentariolo illustratas: 5. Johann Philipp / Freyherr von Hohen-Sax. 6. Johann Rudolff Schmied / Freyherr von Schwarzenborn, von Stein an dem Rhein. 7. Johann Rudolff Werdmüller / Ritter, Freyherr, General-Feld-Marschall, Lieutenant. 8. Herr Johannes Fries / Burgermeister zu Zürich. 9. Salomon Hirzel / Herr zu Wülflingen, General. 10. Johannes Steiger / Schultheiß der Stadt Bern, Freyherr zu Rolle x. 11. Herr Isaac Steiger / Schultheiß der Stadt Bern. 12. Sebastian Pilgrim Zweyer von Eriebach, Ritter, Land-Ämmann und Lands-Hauptmann

zu Urn. 13. Fortunatus Sprecher von Bernegg, Ritter. 14. Beatus II. zur Lauben / Land, Ammann zu Zug. 15. Joachim von Wadt / Burgermeister zu St. Gallen. 16. Joh. Jacob Wepffer / der Arzney Doctor, von Schaffhausen. 17. Peter Canisius / ein Jesuit, von Freyburg. 18. Johannes Buxtorff / Professor der Hebräischen Sprache in Basel. 19. Johannes le Clerc von Genff, Professor zu Amsterdam bey den Remonstranten. 20. Joh. Caspar Sagenbuch / Chorherr des Stiffts und Professor der Sprachen in Zürich. Priores titulos videlicet Mus. Helv. Part. IX. p. 129. 130.

VIII. Idem Chalcographus dedit Supplementum operis Picartiani majoris, quo Cerimonias & Ritus sacros, qui in Ecclesia Turicensi usu recepti sunt, ære repræsentavit, & duplici Commentario, altero prolixiore, altero succincto exponi curavit, sub titulo: **S. Ceremonien / gottesdienstliche Kirchen-Uebungen und Gewohnheiten der heutigen Reformirten Kirchen der Stadt und Landschaft Zürich durch David Herrliberg / in schönen Kupfer-Taffeln vorgestellt und mit einer zuverlässigen Beschreibung begleitet: In III. Abschnitten.** Basel. 1750. fol. pl. 15. Tab. æn. XIII.

BASILEA. Apud Im. Hof quoque prodiit Libellus plane *παράδοξος*, cujus titulus ita habet: **Ein sicherer Wegweiser zur Hölle: Enthaltend Anweisungen: 1.) An die Eltern, betreffend die Aufzuehung ihrer Kinder. 2.) An die Jugend. 3.) An die Meidische, Bosfertige ic. 4.) An den König.**

König. 5.) An die ersten Staats-Bediente. 6.) An die Geistlichkeit. 7.) An junges Frauenzimmer. Geschrieben von Beelzebub. Aus dem Englischen übersezt. Speise gieng von dem Fresser. Basel. 1750. 8. pl. 8. Quam multi sunt in omnibus ordinibus homines, qui inscii & omnia alia cogitantes suis consiliis & exemplo viam ad Tartara muniunt atque expeditam reddunt. Sed ipsum Diabolum induci, qui sub Monitoris persona mortales furoris sui coarguat, id novum ac ingeniosum est: Quem enim non poeniteat pudeatve hoc Præceptore uti? Debemus autem Clariss. Grynæo Translationem hujus Libelli, qui in Anglia cupide direptus & non sine fructu a multis lectus est.

2. A J. R. Thurneisen exscriptus est Libellus complectens VIII. Sermones sacros: Acht geistliche Reden, darinn man sich befließen, denen, welchen die Ehre Gottes und ihr eigen Heil angelegen, zu beweisen, wie grosse Ursache sie haben, der wahren christlichen Religion beizufallen, und nach Anleitung derselben gottselig zu leben. Mit einer Vorrede die Vereinigung der Protestanten betreffend: Herausgegeben von M. Samuel Gryneus / Predigern zu Wintersingen, im Canton Basel. 1751. 8. pl. 18. Comprehendit isthæc Sylloge sequentes Sermones. 1.) Das Amt der Lehrern und die Pflicht der Zuhörern, über Hebr. XIII: 17. 2.) Das arge Herz des Unglaubens, über Hebr. III: 12. 3.) Die verkehrte Schamhaftigkeit und deren Folgen, über Luc. IX: 26. 4.) Das ungöttliche Leben der Christen eine Ursache, daß ihre Religion von den

Hh 2

Ungläu

Ungläubigen gelästert wird, über Röm. II: 23. 24. 5.) Die Fürtrefflichkeit der zukünftigen ewigen Gütern, über 2. Cor. IV: 18. 6.) Die Nothwendigkeit des Gebäts, absonderlich im Leiden, über Jac. V: 13. 7.) Das Lob, Gesang Gottes eine Folge des rechten guten Muths, über Jac. V: 13. 8.) Die Nothwendigkeit das H. Abendmahl, und zwar zum öfftern, zu halten, über Luc. XXII: 19. *postrema hæc Oratio ex Anglico Archiep. Scharpii translata est.* Cæterum omnes hi Sermones maxime se commendant nativa quadam simplicitate ac perspicuitate, qua non fanaticos quosdam devotionis paroxysmos, sed veritatis & sinceræ pietatis amorem ac studium excitare satagunt. In Præfatione Summe Reverendus Auctor studium suum pro concilianda Pace ecclesiastica serio declarat, atque qua ratione illa optime confieri possit, in Libello Rev. Past. B*** inscripto: *Pensées sur la Réunion des Eglises Protestantes*, exponi docet. Scilicet ex hoc principio, quod Protestantes, in iis, quæ ad Religionis essentiam pertinent, amice consentiant, colligit studium Concordiæ non esse rem arbitrii nostri, sed inter præcipua Religionis officia habendum: adeoque & Principes & Theologos utriusque partis obligatos esse, quantum in se est, hanc Concordiam mutuanque Communionem promovere: quique id facere negligent, neglecti summi officii jure merito postulari.

3. Ex eadem *Em. Thurnisii* officina prodiit: Specimen Juridicum inaugurale sistens *Tentamen JURIS PUBLICI Helvetici*, pro Licentia summos
in

in utroque Jure Honores capeffendi, expositum ab ISAACO ISELIN, Basil. 1751. 4. pl. 4. Scilicet Nobiliff. & Præstantiff. Auctor jam a multis annis ab Illustri SCHMAUSSIO excitatus id agit, ut qua ratione sapientissima majorum nostrorum instituta in formam Artis redigi & *Juris Publici Helvetici* Systema concinnari optime possit, experiatur: Ejus operis, quod feliciter aggressus est, primas quasi lineas hoc Specimine repræsentat: Complectitur vero hoc Periculum summa capita Libri I. de *Personis* Corpus Helveticum constituentibus Sectionibus VII. quarum 1.) agit, de Jure Publico Helv. in genere. 2.) de Corpore Helvetico in genere. 3.) de Fœderibus. 4.) de Regimine Reip. Helv. in genere. 5.) de Fœderatis præcipuis, qui *Cantones* vulgo dicuntur. 6.) de Helvetiorum Sociis. 7.) de Corporis Helvetici Subditis.

4. Novissime prælum reliquit posthumum b. OSTERWALDII opusculum, sub hac Inscriptione: *Des Entretiens pieux. par feu Mr. OSTERWALD, Pasteur de l'Eglise de Neuchâtel. à Basle. Chez Dan. Eckenstein. MDCCLII. 8. pl. 16.* Opusculum hoc in tres partes distinguitur: In I. Parte distincte explicatur, quid per pia Colloquia in congressibus privatis intelligendum sit: ubi ostenditur pia in speciem Colloquia posse aliquando esse inutilia, aliquando etiam noxia. In II. Parte Usus & summa necessitas horum Colloquiorum astruitur & commendatur. In III. Parte agitur de argumento horum colloquiorum; de personis cum quibus instituenda hujusmodi colloquia, de tempore, aliisque circumstantiis & cautelis in hoc pietatis

tatis exercitio observandis. Debemus hujus Libelli utilissimi ad promovendam rem Christianam editionem pl. Reverendo b. OSTERWALDII Filio J. RODOLFO, V. D. M. dignissimo.

LAUSANNA. Libraria Societas, quæ sub *Mich. Bousquetii* nomine inclaruit, dedit nobis exquisitissimi operis, quod Historiæ Helvetiorum antiquissimæ lucem præfert, duos Tomos alteros sub titulo: *Memoires critiques pour servir d'Eclaircissements sur divers Points de l'Histoire ancienne de la SUISSE, & sur les Monumens d'Antiquité, qui la concernent; avec une nouvelle Carte de la Suisse ancienne.* Par Mr. LOYS de BOCHAT, *Lieutenant Baillival de Lausanne.* Tome II. 1747. 4. pagg. 600. cum fig. æn. Alter iste Tomus splendidissimi operis complectitur Commentationes VII. alteras, quarum argumenta hæc sunt: 7.) Sur le CONVENTUS HELVETICUS. 8.) Du *Conventus* Helvetique, Assemblée représentative de la Nation Helvétique; & du *Conventus* de chaque *Pagus*, Assemblée représentative de la Cité de ce *Pagus*. 9.) Des *Curateurs* qu'il y avoit dans les Cités de l'Helvetie, sous la Domination des Empereurs Romains. 10.) Des Dieux adorés par les Helvétiens tandis qu'ils furent Sujets à Rome, & dont il reste quelque monument. 11.) Des SEVIRI AUGUSTALES, Prêtres de la Famille Impériale. 12.) Explication de l'Inscription de *Titus Tertius Severus* à l'honneur de la Déesse AVENTIA, & de l'Inscription d'*Opilius Restio* à l'honneur d'EPONA. 13.) Sur les Dés à jouer qui se trouvent en terre dans quelques endroits de la Suisse. 14.) Sur la Maison dont étoit Rodolphe I. Roi

Roi de la Bourgogne Transjurane & de la plus grande partie de l'Helvetie. His denique subjunguntur Additamenta quædam ad hunc & superiorem operis Tomum: (Sunt autem tria: 1.) Sur la Cession de l'Helvetie Allemande par l'Empereur Henri - l'Oiseleur au Roi de Bourgogne Rodolphe II. & sur la Lance Sainte, que ce Roi donna à l'Empereur. 2.) Sur les AMBRONES & le Canton de la Gaule qu'ils tenoient lors qu'ils se joignirent aux Cimbres & aux Teutons. 3.) Sur une petite Statue conservée à MURY, & que des Savans croient qui représente la Déesse EPONA. Hactenus scil. penitus neglecta & inculta jacuit prisca hæc Patriæ Historiæ pars, quasi adeo sterilis esset, ut nullum ab ingenio & judicio humano cultum, splendorem nullum accipere posset: & rara illa Antiquitatis monumenta, quod vel audacissimum ab hac tractatione absterre potuisset, fabulosis narrationibus, quibus hominum credulitas fidem & auctoritatem conciliaverat, adeo erant incrustata impeditaque, ut ubi quis tuto vestigia poneret, non haberet:

*Quale per incertam Lunam sub luce maligna
Est iter in Silvis, ubi cælum condidit umbra
Jupiter, & rebus nox abstulit atra colores.*

His autem Commentariis, quos incredibili diligentia & sagacitate magnaue eruditionis copia instruxit Spectatissimus de BOCHAT, has tenebras ita illustravit, ut nunc demum lucem, quam sine erroris periculo sequamur, nobis cernere videamur. Et in ipso hoc Secundo Commentariorum Tomo luculenta illa tractatio de CONVENTIBUS in genere eorumque Jure & de CON-

VENTU HELVETICO in specie, quod argumentum & Juris Consulti & Antiquarii hactenus vix leviter attigerant, insigne Juris publici Romani in Provinciis caput clarissima luce perfundit, & priscam Reip. Helveticæ conditionem ac formam per omnes ætates, quoad hi Conventus agitabantur, dilucide persequitur.

2. Tomus III. horum Commentariorum, qui quidem annum MDCCXLIX. præfert, nonnisi Aprili mense hujus anni MDCCLI. e prælo exiit. Comprehendit autem primam partem Lexici Topographici Helvetiæ antiquæ ab A. usque ad L. ubi antiquæ Locorum appellationes ad Origines suas Celticas revocantur, atque Locorum Situs determinatur: Inprimis autem copiose persequitur Antiquitates Urbis LOUSONNENSIS a p. 498. - 618. Atque huic operæ facem præfert nova Helvetiæ antiquæ Delineatio Topographica IV. Tabulis æneis majoris formæ repræsentata, quæ his ipsis principiis & fundamentis tota superstructa est. Et quanquam curiosa hæc & diligens opera apud Antiquitatis studiosos & eruditos Viros nullis vindiciis opus habeat, atque ipsa Successus felicitate sese satis superque commendet, facere tamen non possum, quo minus ea quæ novissime Spectatissimus Auctor in hanc rem mecum communicavit, ejus verbis hic subjiciam: Ita vero ille ad me Litteris prid. Kal. Jul. MDLI. datis:

Quel que puisse être le jugement du public sur ce Second Tome, je vous avoue, Monsieur, que je crains d'avantage celui que l'on portera du III^{me}, & du IV^{me}. Je crains, qu'on ne les re-
garde

garde de cet œil de mépris, qu'on jette sur un Dictionnaire Etymologique. J'entens les personnes qui ne connoissent pas l'utilité de cette étude bien dirigée, & employée comme il convient; & c'est le grand nombre des Lecteurs. Ils croient qu'on n'apprend que des mots, & dès là attachent une idée d'occupation puerile aux recherches de cette espèce. Ils blâmeront un homme de mon âge, d'avoir mis à composer deux Volumes de ce genre, un tems qu'il auroit pu donner à des Sujets de quelque utilité. J'ai tâché de prévenir cette critique par des preuves de l'usage que la connoissance de la vraie signification des Noms de Lieux & de Peuples, peut avoir pour purger l'Histoire de quantité de fables sur les Colonies & les Migrations des Nations, & sur la fondation ou la Dénomination des Lieux; comme aussi pour reconnoître la position, incertaine jusqu'ici, de quelques Villes ou Peuples, dont les anciens font mention. Mais toutes ces précautions n'empêcheront pas que plusieurs ne mettent mon travail sur l'étiquête du Sac, comme on parle, au rang des jeux d'imagination, qu'ils ne daigneront pas lire. Je m'y attens, & au ridicule qu'ils ne manqueront pas de jeter sur l'entreprise. Mais le Suffrage des juges competens me consoleroit bien de cette disgrâce, s'ils en portent un tant soit peu favorable sur l'exécution. Ils verront les divers fruits qu'on pourroit tirer de la connoissance de l'ancienne Langue des Gaules par les échantillons que je donne de quelques uns. Les leur avoir montrés, c'est assés pour exciter la curiosité. Elle portera quelque Savant versé dans les Langues de l'Orient, à suivre de proche en

proche jusques là, c'est à - dire, jusques dans leur berceau, celles de l'Occident. On ne l'a fait jusqu'ici que par trop grands Sauts. Ne cherchant la Langue mere du Latin que dans le Grec, & l'origine de celui ci que dans l'Hebreu, l'on n'a pu reconnoître qu'une petite quantité de mots dans ces premieres Sources. Ils ont souffert de trop grands changemens en passant par les Dialectes intermediaires, qui ont formé le Grec & le Latin. C'est tout comme si l'on vouloit reconnoître à l'air des famille les Bourguignons d'aujourd'hui par les traits ou la description qu'on trouve de ceux du V. Siècle. Les grand nombre de generations qu'il y a entre ces descendans & leurs premiers pères, n'a laissé entr'eux aucune ressemblance assez marquée pour faire appercevoir la descendance. Mais si au lieu de comparer ces anciens avec les modernes, on suivoit les portraits de chaque generation en remontant, les legers changemens que chacune a faits dans la Physionomie, n'empêchant pas qu'on ne vit encore dans chaque fils quelque chose de celle du pere, il arriveroit que l'on reconnoitroit toujours la famille jusques dans son tronc. Il en est de même des Langues. En suivant un mot Francois, palpablement venu du Latin, ou, si l'on veut, du Celtique, de qui les Latins le tenoient comme les Gaulois; en le suivant, dis - je, dans les divers Dialectes de Celtes, qui nous l'ont transmis, & dans lesquels nous verrons qu'il a éprouvé les petits changemens qui se faisoit ordinairement dans les mots par chacun de ces Dialectes, nous le ferions infailliblement remonter, sans en prendre un autre pour lui, jusques à quelqu'une
des

des Langues de l'Orient, d'où il passa dans celle de l'Occident, qui n'en eut certainement qu'une dans les premiers Siècles des migrations qui le peuplerent. Or cette Langue commune étant, à ce que je crois, la Celtique, c'est elle qui doit fournir les generations qui remplissent le vuide qu'il y a dans la genealogie des mots, ou des Langues, dans les Etymologistes, qui font descendre immédiatement d'une langue de l'Orient les termes des modernes de l'Europe, ou de la Latine, & de la Greque même, car celle-ci est aussi moins ancienne que le Celtique, qui en a fourni le fond par les Pelasges, premiers habitans de la Grèce. Ce Système, que j'estime qu'on peut demontrer, autant que la matiere en est susceptible, étant suivi par un Savant, qui auroit en main les Langues, dont la connoissance est requise pour l'établir, & le faire servir par une juste application aux divers usages qu'on pourroit en tirer, mettroit, si je ne me trompe, l'origine des Langues de l'Europe, tant anciennes que modernes, dans une évidence où la pluspart n'ont point été mises encore. Vous me dirés, Monsieur, que d'autres ont établi avant moi que la Langue Celtique est la mere de toutes les Langues; & que Mr. Jean Nicolas Funccius de Marpurg a donné à cette idée la plus grande vraisemblance dans son *Traité de Pueritia Linguae Lat.* publié en 1735. & destiné à prouver, *Aviam Linguae Latinae esse incertam, Matrem Celticam, Matrem Graecam*: ce sont ses termes Cap. I. §. XIV. Mais ce Savant n'entendant par Langue Celtique que les Dialectes Germaniques, dans lesquels seuls se trouvent, selon lui, les sources de tous les autres,

tres, ne viendrait certainement à bout de montrer les origines d'une très grande quantité de mots Grecs, Latins, Italiens, Espagnols & François, que je montrerois dans les Dialectes des Gaules. J'en ai fait l'essai sur plusieurs termes dont les Etymologistes n'ont pu indiquer l'origine. C'est par le défaut de connoître ces Dialectes des Gaules que le nombre des mots dont *Ménage* a cru donner l'Etymologie dans ses Origines de la Langue Italienne, est si petit, quoi qu'il l'ait grossi autant qu'il a pu, par des généalogies d'imagination, pour les faire descendre du Grec ou du Latin, à force d'operations violentes. On vient de reimprimer somptueusement à Paris les *Origines Francoises* soit le *Dictionnaire Etymologique* de cet Auteur, en II. grands Volumes *in folio*, avec des Additions de *Galand*, de *le Duchat*, d'un Anonyme, & de Mr. *Formey*, qui a procuré l'Edition, & l'a dédiée au Roi de Prusse. Les Additions de Mr. *Formey* ne sont que de longs morceaux du *Glossarium Germanicum* de *Wachter*. Or *Wachter* ne sachant pas le Celtique de Gaules a manqué nombre d'Etymologies que cette Dialecte fournit. C'est à dire, qu'il n'en a donné que bien peu de la Langue Francoise, où dominent naturellement les termes des Dialectes Gauloises. Par consequent ce que cet Auteur, & par lui Mr. *Formey* ont fourni d'augmentations à *Ménage*, n'est pas considerable. Ainsi il s'en faut encore beaucoup que nous n'ayons un Dictionnaire Etymologique de notre Langue aussi complet, qu'il pourroit être de la main d'un Savant qui posséderoit les Dialectes des Gaulois. Mes Explications de Noms de Lieux par ces Dialectes en donnent

donnent divers échantillons. Je me suis étendu avec Vous, Monsieur, sur cet Article, qui paroît d'une première vue n'avoir qu'un rapport éloigné avec les Antiquités de la Suisse, quoique la Langue qu'on y parloit, & dont il s'y est conservé tant de restes dans le langage du peuple du Pays de Vaud, fasse une partie de ces Antiquités. „ Haftenus ille. Quanquam vero exempla ἀρχαίων Etymologicæ, quæ Systema Auctoris eruditissimi de Linguarum Orientalium per intermedias Dialectos propagatione ad oculum quasi demonstrant, & æquis arbitris suffragium extorquent, passim in III. hoc Tomo obvia sint; velim tamen præ cæteris Articulos BENLICKON & quæ ibi disputat de *Benevento*, item *BERNE* &c. attente inspiciant atque expendant, qui frivolis conjecturis & meris imaginationis lusibus hoc Systema inniti sibi persuadent.

3. Præmatura morte Lutetiæ Parisiorum agentem, anno ætatis XXXI. extinctum, dolemus Virum de Litteris præclare meritum JO. PHILIPPUM LOYSIUM de CHESEAUX, qui quamquam vere ἀνολοδιδάκτος, nullo unquam Præceptore usus est; in sublimiori tamen Mathesi, Astronomia, reliquisque Philosophiæ partibus ad miraculum doctus, Græcos Philosophos, Mathematicos & Geographos multa lectione sibi familiares reddiderat; in Græca enim Lingua eam sibi facultatem comparaverat, ut non majore difficultate Græca quam Latina interpretaretur. Annum agens IXX. conscripsit Librum de *Viribus vivis*, quem Avus ejus Cel. Crousatius incio auctore ad Academicum Parisiensem transmisit, qui eum dignum maxime

maxime judicavit, quem Illustri Academiae Scientiarum repræsentaret, cujus sumtibus typis exscriptus Auctori suo restitutus est: Mox deinde ab Illustri hac Academia invitatus est ad perpetuum cum ea Litterarum commercium instituendum per Celeb. CASSINIUM. Ex quo tempore varias Dissertationes conscripsit, quæ Commentariis Academiae insertæ publice prostant. Anno MDCCXLVIII. Lausannæ publicavit *Librum de Cometis*. Quamvis autem in hoc studiorum genere, ea adhuc ætate, tantopere excelleret, ut multos qui totam vitam huic uni impenderent, longe superaret, non tamen nisi subsecivas horas huic studio dare consueverat. Præcipuum enim & cui maxime favebat atque assidue etiam intentus erat, studium ejus positum fuerat in Libris Sacris, ut Religionis doctrinam inde cognosceret: quem in finem, ne alienis oculis uti necesse haberet, Linguarum Orientalium notitiam sibi comparavit. Et ut cognosceret penitus quæ omni tempore Doctrinæ Christianæ facies & conditio fuerit, Scriptores Ecclesiasticos Græcos Latinosque diligenter lectitavit, atque etiam Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores multum adiit. Ope Astronomiæ, quæ Chronologiæ faciem præfert multis S. Scripturæ locis, Prophetarum maxime, novam accendit lucem. Dabit quasdam ejus generis posthumas Dissertationes a b. m. Viro sibi communicatas Nobiliss. SEIGNEUX in suis ad ADDISSONII Libellum Commentationibus.

GENEVA. Magnam & irreparabilem hæc quoque Academia jacturam passa est, subita morte Celeberrimi CRAMERI, Professoris Philosophiæ

phiae dignissimi, qui itidem Illustri Academiae Scientiarum Parisiensi erat a Commercio Litterario, & Societati Regiae Berol. adscriptus. Expiravit Valentiae in Delphinatu, Massiliam petiturus valetudinis recreandae & confirmandae causa.

ADJICIENDA

ad MUS. HELV. Partic. XXII.

Infelicitis Litterati LUDOVICI HETZERI Libris adnumerari quoque debet hocce Scriptum:
Ein Bewysung/ das der war Messias kumen syg/ des die Juden noch on Ursach zu künfftig sin wartend. Beschriben durch Rabbi SAMUEL. Getruet zu Zürich durch Johansen Hager im 1524. Jar. Lis es/ du wirst erschröwet. 4. plag. VII. Præmittitur Præfatio, quæ ita habet:

LUDWIG HETZER wünscht dem Käser
 Froyd und Günst.

Hie ist zu merken, Christenlicher Käser, das dis Büchlin meer dan 230 jar durch etlich Juden verborgen ist gewesen, das würt aus dem ermessen, dann do der Doctor Samuel zu Rabbi Isaac geschriben hat, spricht er, es syg nit meer zyt, dann 1005. Jahr syderbar verschinen, do Titus die H. Stadt Jerusalem zerstört und die Juden zerströwt hat. Hierumb so würdt dis Büchlin geschähet geschriben sin, glich nach den 1000. Jaren von der Gfentnuß der Juden. Do aber die Juden sabend, das sy irer Irrthumb durch so vil kundtbar und
 öffentliche

offentliche Kuntschafft der Propheten betryset und überwunden wurden, haben so diß Buch so lange Zyt (wie vor gesagt) verborgen, damit sie irer Irthumb nit gestrafft wurdend von den Christen, durch die ding, so hierinn verschriben stond. Diß Büchlin ist verdolmetschet vß Arabischer Sprach ins Latin, im Jar nach der Geburt Christi, Tusent zwey hundert und neun und drissig Jar. Vale.

Inscriptio Libri hujusmodi est: Ein Sendbrieff Rabbi Samuelis des Israeliten gebürtig von der Stadt des Königs Marochiani / zum Rabbi Isaac / dem Meister der Synagog in Subiulmeta / gelegen im vorgenanten Königreich. Vertütscht durch Ludovicum Sätzer / vß Fürbitt frommer Christen. 1523. Adeoque dubium nullum est, quin hanc Epistolam ex Latino in vernaculum Sermonem transulerit. Præterea fol. V. interferitur Monitum aliquod sub hoc Titulo: Lud. Sätzer dem Leser / quo Magistrum Judaicum reprehendit, quod contra S. Scripturam Missam Sacrificium esse perhibeat: Idque his verbis concludit: Des gesangs halb ist es also: Gott wird nit mit solchem Blären geloyt oder versünt, geistlich in unsern Gemüthern sollen wir in Gott erbuglen und Im da singen. Wil man betten, so soll man nit vil Worten oder Esperr machen. Matth. 6. Vñch die Eschrifft selbs darum. Vale.

F I N I S.